

1989

P O L E M I C I.

1990

fit tobar abominationem desolantem et destruentem verum cultum. Per abominationem intelligit contrarium cultum vero cultui; hunc locum secutus est Mattheus in suo Euangelio. 25. v. 24. Nota autem hic diligenter vau illud redundare, aut aliquid debere subintelligi nempe verbum — — Vt si diceres in alia loquutione, Franciscus Vatablus et legit, i. venit et legit.) f. Erunt dies mille ducenti et nouem. i. anni tres cum dimidio et diebus circiter duodecim (hos autem dies additos superioribus subiungit ad refrigerium Electorum, hos, inquam, de quibus mox dicet) beatus. f. erit vir ille qui spectauerit f. finem horum, et peruenerit ad dies mille trecentos triginta et quinque. Tu autem f. Daniel vade, Vadas ad finem ipsum i. ad finem tuum ad finem omnis carnis i. ad finem tibi a natura datum. i. tu morieris, et quiesces et stabis in sorte tua i. quiesces in sinu Abrahe in fine horum dierum, de quibus supra dixerat, i. usque ad finem iudicij.

Quaedam utique adparent *Vatabli*, sed fortasse *Bertinus le Comte*, a quo *Stephanus* Adnotationes illius habuisse in Epistola *Bibliis* lat. anni 1557. cum hujus *oliva* f. editis praeuia dicitur, curatius ab ore Magistri pependit. *Diazius* noster penso suo haec subiecit: *Interpretationem Danielis difficillimam sane absoluit XV. die Martij 1541. Doctissimus F. Vatablus parisijs.*

Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

introduc̄ta noua religio. Juge sacrificium umbra erat verae religionis, aut sacrae eucharistiae. Vide Matth. 24. b. Quum videritis abominationem desolationis &c. Videtur hic Abominationem desolationis intelligere cultum contrarium vero cultui Dei veri. 22. i. anni tres cum mensibus sex et duodecim diebus. 23. Addit superiori summa XLV dies, in quibus erit refrigerium electis, ut est Matth. 24. Statim post tribulationem illorum temporum apparebit signum filij hominis. Ergo post afflictionem istam erit pauxilla requies sanctis ab illa calamitate. 24. Vel perges, quasi diceret, Tu autem interim morieris, neque haec videbis. 25. in sorte tua in finem horum dierum, subintellige, de quibus dixi tibi. Quiesces in sinu Abrahæ usque ad resurrectionem mortuorum.

DXVIII.

Codex chartaceus hisp. Sec. 761
XVI. Folior. 212. 8. inscribitur:
El Salterio Traduzido Del Hebreo En Romance Castellano.
Praefatio prolixa dirigitur: *A La Illustrissima Senora La Senora Dona.* Nomen ipsum, quod toties Codicibus accidisse lamentatur, male consultus quidam atramento penitus obleuit. Agit porro

D d d

porro

1991

C O D I C E S

1992

porro Praefatio de diverso Hominum ad negotium Salutis habitu, de utilitate, quam Pii e *Psalmorem* studio haurire possunt, de eorum indole, et N. T. respectu, ubi cum Epistolis *Paulinis* contenduntur, de ratione versionis, et quae Interpres maxime circa Dei Nomina observaverit. Initium est: *Todos los bombres en quanto en su primera criacion fueron criados a la imagen y semejanca de Dios, naturalmente dessean inmortalidad y vida eterna.* &c. In ipsis *Psalms*, quae ad

Codex Nofter: Edit. Lugd. 1550.

Bienaventurado el varon que no sigue el parecer de impios. ny se firma en camino de peccadores, ny se asienta en asentamiento de mofadores.

O quan bien aventurado es aquel varon que no sigue el consejo de los impios, ni se para en el camino de los peruersos, ni se asienta en la silla de los burladores.

Neque tamen istud discrimen tantum est, ut suspicionem eximat. Ut porro e re nata de adductis Versionibus aliquid addam, prima edita est: *En Leon* (Lugduni) *en Casa de Sebastian Grypho.* 8. Hujus autorem ignoro, nisi quod *Longius* in *Bibl. sacra* T. I. p. 364. ex *Indice Libror. prohib.* *Johannem* quendam *Roffensem* adserat *Psalmorem* in Linguam *Castellanam* traductorem,

Hebraismos dilucidandos de suo adposuit Interpres, minio exarata sunt. Cum vero in Praef. dicat, *Psalms* magis opus esse bona translatione, quam *Pauli* Epistolis, *por estar ellos en los libros latinos mas impropriamente trasladados*, oborta mihi est suspicio, illum ad *Job.* *Calvini* sequaces pertinere. Itaque consultis, quae ad manum sunt, Versionibus, discriminis, quod reperi, exemplum in *Psalms* I. v. 1. hic adscripti.

Edit. Veneta Edit. f. l. 1569. 1557.

Bienaventurado es aquel varon que no anduuo en el consejo de los maluados: ni se paro en el camino de los peccadores: ni se asiento en la silla de los burladores.

Bien-aventurado el varon, que no anduuo en consejo de malos, ni estuuo en camino de peccadores, ni se assentó en silla de burladores.

qui utique non est *Job.* *Fisberus* Ep. *Roffensis* Anglus. Versio altera praefert quidem: *En Venecia en Casa de Pedro Daniel.* 8. sed typorum nitor, et quaedam cum tertia, de qua mox, conformitas potius *Basileam* suadet. Ejus autor in Titulo dicitur *D. Job. Perez*, de quo in *Nic. Antonii* *Bibl. Hisp.* nihil praeter nomen, quod ipsum fortasse larva est. Tertia demum habetur

1993

P O L E M I C I.

1994

betur in toto *Bibliorum* corpore a *Cassiodoro de Reyna* hispanice verso, et non quidem *Bernae*, ut ex *Ursi* praefixa icone non nemo arbitratus est, sed *Basileae* apud *Thom. Guarinum* 4. impresso, quemadmodum *Cassiodorus* ipse sua manu Exemplari a se Bibliothecae publ. *Basileensi* donato praescripsit. Vide *Dav. Clementis Biblioth. curios. hist. crit.* T. III. p. 456. Adde *Vogtii Catal. Libb. rar.* p. 114. et *Freytagii Anal. lit.* p. 111. Elegantissimo Bibliothecae nostrae Palat. Exemplo adligata est *Supplicacion y Informacion Que fue presentada a la Reyna de Francia por los fieles Christianos de aquel Reyno &c. Por el Maestro Joan de Monte &c.* quae, cum ad calcem notetur impressa: *En Cosmopoli por Christophoro Philá- léto. 1567.* nescio, quo modo *Longium* suprac. p. 363. in errorem induxit, ut *Bibliorum* hispanici praediecti editionem inde effingeret. Ne igitur Editionem ejusmodi apud nos quaeras. Est vero nobis *Bibliorum Reynae* Exemplum aliud, quod *Jacobus* quidam *Zennegg Lindaviae* 1608. testatur, sibi ab *Aug. Cassiodoro de Reyna* apud Ducem *Ostrogotthiae Joachas* in *Suecia* linguas peregrinas profitente per ejus fratrem *Marcum Cassiod. de Reyna* V. D. apud *Francofurtenses* Ministrum a. 1603. dono missum, quem *Augustinum* et *Marcum* filios *Cassiodori* interpretis fuisse putem. Hunc, ut Emtores alliceret, editioni suae *Decreta*

Concilii Tridentini praefixisse, vix est, quod moneam.

DXIX.

Codex chartaceus hisp. Sec. ⁶¹³ XVI. Folior. 413. 4. inscribitur: *Declaraciones sobre los Evangelios di Sant Mattheo.* Prooemii initium: *Grandissimo testimonio dela verdad christiana es este, que quando el hombre en las cosas que pertenecen a ella, no se sirue en nada de su prudencia, ni de su razon humana, acierta, y quando se sirue yerra &c.* In hoc Prooemio meminit Autor Interpretationis suae in *Psalms* et in *Epistolas Pauli* et *Petri*, docetque, quis ex *Evangeliorum* lectione fructus capiendus sit. Commentarius ipse audit: *El Evangelio de San Mattheo traduzido fielmente del Griego en Romance castellano y declarado segun el Sentido litteral con muchas consideraciones sacadas de la letra muy necessarias al biuir christiano.* Autorem a *Sacris* catholicis alienum vel ea produnt, quae in C. XVI. de *Confessione Petri* commentatur. Atque hinc mox se mihi obtulit *Job. Valdesius* Hispanus, cujus dum Commentarium in *Ep. ad Rom.* et in *I. ad Corinth.* *Venetis* 1556. et 1557. apud *Job. Philadelphum*, ut quidem fert titulus, hispanice 8. editum perlustro, eadem inscriptio: *traduzida fielmente del Griego en romance Castellano*, eadem tractandi methodus, eadem phrasis adparet. Adde, quod in *Praef.*

D d d 2

Praef.